Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift

posterioribus temporibus sub aduentu magni angeli dei gentilem illam ple
bem mutata duriciae stoliditatisque natura solutis de deo linguis lo
cuturam ita ut quae erat subiecta per fidem in uoce fidei et confessionis
erumperet. licet et animalis sit caro nostra. Plerumque enim caro per molestias
tacta flagello suae mentis dominum indicat. quem mens ipsa carni praesidens
non uidebat. ita ut anxietatem spem perficere in hoc mundo cupientis.
uelud iter tendentis impediat. donec ei inuisibilem quis obuiat inno
tescat. Unde bene per Petrum dicitur: Correptionem habuit suae uesaniae
subiugale mutum quod in hominis uoce loquens. prohibuit prophetae
insipientiam. Insanus quippe homo a subiugali muto corripitur.
quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat. ab afflicta
carne memoratur. Sed huius correptionis donum idcirco non obtinuit
balaam. quia ad maledicendum pergens. uocem non mentem mutauit.
Consilium quippe dedit regi balach. ut mulieres in meritorio poneret.
uacuas et ante ianuas earum aras. ut uenientes filii israel. prius sacrificarent
ydolis. et postea ingrederentur ad mulieres. Unde et fornicantur filii
israel. cum filiabus madian. Sed quid est quod iste balaam populum dei posse decipi
certa ratione collegit. dans consilium ut ex illa parte qua infirmari
nouerat filios israel. perniciosi eis laquei tenderentur. ut dubitantes
eos oblata copia feminarum fornicationis ruina protinus collapsu
ros quia concupiscibilis animae eorum partes sciebat esse corruptas.
Ita ergo unumquemque nostrum nequitiae spiritales uersuta a malignitate ba
laam pertemptant. illis praecipue animae affectibus animae insidiosos
laqueos praestruentes quibus nos senserint egrotare ubi gratiam cum uide
rint rationabiles animae nostrae partes esse uitiatas. illo nos ordine decipe
moliantur: CAP. XXII.

Sed o finees sacerdos zelatus ut dominum furorem placaret. zambri
qui ad scortum ingressus est arripiens pugionem utrosque trans
con figit significans per crucem Christi non solum ydolatriam sed
etiam nfunc omnem carnis affectum ut concupiscentiam gulae. ut
sceli pim ntes et tunc placari dominum. dum carnis extinguitur desidium.